

**Elegiam in beatos manes
nobilissimi
strenuissimique viri sæ
ræ mtis majoris...**

Celsius, Nicolaus

82 Aa 13/2 Poitz



National Library
of Sweden

ELEGIAM
in
BEATOS MANES
*Nobilissimi Strenuissimique Viri S^c R^e M^{ti}s
Majoris quondam in Helsingia Fortissimi,*

HENRICI **POITII**,

Dn. de Poikila etc. etc.
Cum ejus beatum funus die 29 Mensis Junii Anno MDCLXCII. In Upsala
Solemni ritu terræ mandaretur.

Condolenter Scripsit
NICOLAUS CELSIUS



1692

Hu ! quam fors hominum tristis, quam lubrica vita est,
Prolixus turbat pectora nostra dolor.
Ah! quanta est, inquam, rigidæ violentia mortis,
Hæc sternit Juvenes, hæc rapit atque senes.
Invadit cunctos, visitque palatia Regum,
Nec potis est inopum linquere læva casas.
POITIUS occubuit bellis vir clarus & armis,
Qvi frustra mortis tela sinistra fugit.
Hic simulac morbi cognovit semina terri,
Mox sunt letiferis tempora tincta notis.
Sic incerta manent nobis habitacula Terræ,
Certius ad Coelum sæpe paramus iter.
O funesta dies nobis deslenda propinquis,
Qvâ cadit armigeri dux columnenque gregis.
is quamvis Miles turmas componere novit,
Et vario sensim turbine signa sequi;
Non tamen hic valuit Lachelin vitare furentem,
Sed jacet accepto vulnere læsus humi;
Huc licet & longis Spatiis Te distulit ætas,
Hanc mira tuleras dexteritate tamen.
Ah! quantum coelo distant terrestria regna,
Tanto plus nitidæ nunc quoque lucis habet.
At nos officii tibi debita justa supremi
Reddimus, ac busto pallida membra damus.
CELSIA cur ploras raptum tibi morte Maritum,
Qvem planctu & luctu non revocare potes?
Gaudia quæ Noster cernit sentitque beatus
In coelis, potis est scribere nullus homo;
Hinc Matriona Pios questus nunc sistito, namque
Sic placuit summo, qui regit omne, Deo.
Tu longum, Vir sancte, vale & per secula salve,
Salve iam superum consociate choro,
Æternumque Vale! sic verba novissima dixi,
Hic Tibi terrestri rupe relictus, AVE.

UPSALÆ

Excudit HENRICUS REYSEN/ S. R. M^{ti}s & Acad. Typographus,



ETIAM

PLATOS MANUS

Wolffgang Streibinger 1715 Pa Mo
Aljoie guesam in 1715 Pa London

HERBERTUS

Com epe beati in die 29 Martii Anno 1715 in 1715

Secundum...
A...

...

...

...

UT ETIAM

...

